



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

151. De virginibus laicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 267
fam uxorem non statim dimiserit, reum leno-
cini postulare placuit.

De dilatione in causa adulterij. *Ex eodem.*

CL. In causa adulterij, si manifestum fue-
rit, dilatio postulata impertiri non potest.
[*Apud Paulum: dilatio postulata impetrari
non potest.*] Paul. ibid.

De virginibus laicis. *Ex Concilio
Heliberitano.*

CLI. Virgines quæ virginitatem suam
non custodierint, si eisdem qui eas violave-
rint maritos acceperint, eò quòd solas nup-
tias violaverint, post pœnitentiam unius anni
reconcilientur. Si alios cognoverint viros, eò
quòd mœchatae sunt, quinquennio pœniteant,
& sic ad communionem accedant. Concil. Elibe-
rit. c. 14.
Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 23.
Burchard. lib.
9. c. 14.

De his qui fidem sponsaliorum frangunt.
Ex eodem.

CLII. Si qui parentes fidem fregerint
sponsaliorum, triennij tempore abstineant. Si
tamen idem sponsus vel sponsa in gravi crimi-
ne fuerint deprehensi, excusati erunt pa-
rentes. Concil. Elibe-
rit. c. 54.

De benedicenda sponsa. *Ex Concilio
Carthaginensi.*

CLIII. Sponsus & sponsa, cùm benedi-
cendi sunt à sacerdote, à parentibus suis vel à
paranymphis offerantur. Qui cùm benedictio-
nem acceperint, eadem nocte pro reverentia
Concil. Car-
thag. 4. c. 134.
Burchard. lib.
9. c. 5.